

LXXI

Et mihi sic reducto. **M**ultiplicasti magnificentiam tuam deus multis modis mihi magna beneficia conferendo (et consolatus es me) securum me faciendo de eterno premio. Vere consolatus es me.

Nam ego o deus ideo confitebor tibi confessione laudis in decantatione laudis psalmodiarum (veritate tua) scilicet quod verus deus es et verax in promissis (psallam tibi opere) quod es sanctificans omnem videntem teum.

Vere cantabo tibi. et ex magnitudine deuotionis. **L**abia mea exultabunt: et anima mea quam redemisti. Non tantum anima mea cantabit tibi. **S**ed et lingua mea cum fuerit in resurrectionis gloria (meditabitur iustitiam tuam) cantantes in eternum misericordias tuas. et locerit (cum confusissuerint et erubuerint qui modo insultant mihi).

Psalmus. LXXI. In quo monet ut christum verum hominem et verum deum esse credamus.

Propheta ad patrem loquens ait: O deus pater fac quod prope video futurum.

Judicium ariam potestates regni christo et eiusdem (filio tuo) quod es rex verus (iudicij executione). **J**udicium da dico. **J**udicare) ut iudicet (populum tuum in iudicio) pauperes autem patris et christi sunt qui mundana

superbia derelicta: humilitati se per omnia tradiderunt: nam et si pauper superbiat non est dei pauper: et si locuples humilitatem diligit non est seculi dives: voluntates enim talium sunt inspiciende non nomina. **P**ro testatam hanc iudiciariam da regi christo. sed prius precatur iudicaturus per legatos tuos. **S**uscipiant montes) id est sancti apostoli qui ad superna firmiter eleuati celestium gratie sunt proximiores (mandatum annuncian di populo dei pacem). i. christum (et colles) id est alij inferioris gradus quam apostoli. sed tamen altiores populis (iusticiis). i. christum: par vere dicitur christus. quia per ipsum homo reconciliatus est deo: iusticia etiam dicitur. quoniam orbem terrarum sub equitate iudicabit. et quod diabolum per iusticiam magis quam potentie virtute superauit. **D**ixit ut daret regi christo iudicium: et vere dabit. quoniam ipse **J**udicabit pauperes) pro christo voluntarios qui sunt (in populo) ubi boni sunt malis admittunt ut qui pro pauperes facti sunt celestis regni diuitijs locupletentur (et saluos faciet filios pauperum). i. imitatores apostolorum (et humiliabit calumniatores). i. diabolum superbum crudelium et insatiabilem: malorum omnium principem: calumniatores qui humanum genus suis fraudibus tot seculis perbatur impetere: humiliabit quoniam illo cuius perfidis donato fideles se viderunt regnare cum christo **J**udicabit rex christus: et factus iudicio. **P**ermanebit eius humanitas cum sole). i. semper unita cum diuinitate verbi quod dicitur sol iusticie (ante lunam). i. prospectum